Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bm vtã seruire in mundicie et iniquitati adiu
quitatẽ · ita nunc exhibete membra vtã seruire
iustitie in sanctificatione · Cum enim serui essetis
peccati · liberi fuistis iustitie · Quem ergo fructũ
habuistis tunc in illis in quib: nunc erubescitis:
finis illorũ mors est · Nunc vero liberati a
peccato: serui autẽ facti deo: habetis fructum vestrũ
in sanctificatione: finem vero vitam eternam · Stipẽ
dia enim peccati mors · gratia autẽ dei vita eterna
in xpo ihu dno nro GRẼ Venite filij audite me timorẽ
domini doceo vos ℣ Accedite ad me et illuminamini et facies ve
stre nõ confundentur Alla ℣ Expe me deus iudica causam meam deus mus
tra de iniquis gentibus in me libera me SECUNDUM MARCUM
In illo tpe · Cum turba multa esset cum ihu nõ
haberent quod manducarent: convocans dis
cipulos ait illis · Misereor super turbam · quia ecce
iam triduo sustinent me · nec habent quod
manducent · Et si dimisero eos ieunos in domũ
suam: deficient in via · Quidam autẽ ex eis de lõ
ge venerunt · Et responderunt ei discipuli sui · Vnde
istos poterit quis hic saturare panib: in solitudine?
Et interrogauit eos · Quot panes habetis? Qui
dixerunt · Septem · Et precepit turbe discumbere
super terram · Et accipiens septem panes: gratias
agens: fregit et dabat discipulis suis vt apponerent:
et apposuerunt turbe · Et habebant pisciculos
paucos: et ipos benedixit et iussit apponi · Et man
ducauerunt et saturati sunt · Et sustulerunt qd
superauerat de fragmentis septem sportas ·
Erant autẽ qui manducauerunt quasi quatuor mi